



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 33. Regis Angliæ mœror.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

defuncti excutiunt, vident, quod sub Sæcul. XII.
habitu monastico rigidum cilicum, quin A.C. 1170.
etiam, rem sine exemplo! femoralia ex
eodem opere rigentia gessisset. Ad pœ-
nitentiæ spectaculum monachi lacryma-
rum torrentes fundebant; nam hucus-
que tanta vitæ austeritas cunctos latue-
rat. Ergo vestimenta Sacerdotalia su-
perinducunt, & in sepulchro marmoreo
novo, quod in illo Oratorio erat, Præ-
sulem suum deponunt. Tunc januæ o-
mnes diligentissime obseratae, Eccle-
sia integro pæne anno Interdicto subja-
cuit, velatæ sunt Cruces, nudata Alta-
ria, quod in Parasceve fieri solet, & Mo-
nachi in suo Capitulo Officium Divinum
sine cantu recitarunt.

§. XXXIII.

Regis Angliae mæror.

Ubi Rex Angliae comperit, Thomam a
latronibus jugulatum, paucis exin-
de diebus elapsis, quosdam ex Clericis
suis Cantuariam misit, qui Monachis ad
Ecclesiam Cathedralem convocatis di-
xerunt: *Funestus exitus Archiepiscopi
vestri usque adeo Regem afflixit, ut per
triduum Ecclesiae aditum sibi ipsi pro-
bibuerit, & nihil cibi nisi lac amygdali-
num sumserit. Nullum solatii genus ad-
misit, sed totidem diebus latuit inclusus;*
*baud ignarus enim est, quantum famæ
suæ*

*Gest. post
Mart.
c. I.*

Sæcul. XII. suæ immane suorum facinus nocent, &
A.C. 1171. mnesque promptissime credituros, Regem
 perniciem viri exoptasse, de quo scepissi-
 me conquestus esset, quod solus suæ volun-
 tati obfisteret. Parricidium est execra-
 dum & inauditum; At mores, quos piis-
 simus Rex hucusque exhibuit, satis de-
 monstrant, tanti criminis consciuum non
 fuisse. Illud solum Regiam conscientiam
 aliquatenus angit, quod, cum illo tempo-
 re, quo, revocata pace, discordiae facem
 credebat extinctam, ad ejus notitiam per-
 venisset, omnes illos, qui Unctioni filii sui
 interfuerint, excommunicationis censura
 fuisse punitos, coram amicorum fidissimis
 dolorem non presserit. Horum vero qua-
 tuor commiseratione carissimi Regis, a-
 cerbissime dolentis, incitati, eoque magis,
 quo majoribus beneficiis Archiepiscopum
 a Principe suo donatum non ignorabant,
 clam aula relicta, scelus ausi sunt, rati-
 se Regi gratum facturos. Quos ubi di-
 scessisse patuit, Rex optime gnarus, bis
 ipsis nullos in regno suo promptiores &
 flagitiosiores invenire esse, ceterrime mi-
 fit cursores, qui malum prohiberent, &
 temerarios ab incepto retraherent; sed,
 heu! jam mare trajecerant, & perege-
 runt facinus illa die, qua Rex redirecom-
 pulsos in Regia conspicere sperabat. Haec
 ad vos, Fratres, referre jussi sumus. Di-
 scutite falsam de Rege suspicionem;
 Deum

Deum orate , ut ei ignoscat , quod in illo Sæcul. XII.
 animi tumultu vocem non tenuerit , sed A.C. 1171.
 verba exciderint , que horrendæ cædis
 occasio extiterunt . Occisi corpus honori-
 fice sepelite , nam Regis ira in mortuum 5. ep. 78. 80.
 non durat . Huc usque Legati Regis 81.
 Angliæ.

§. XXXIV.

Legati ad Papam missi.

Inter hæc duo viri , scientiarum Docto-
 res , Alexandet le Gallois & Gunta-
 rius Flamen , qui morienti Thomæ adsti-
 terant , triste nuncium ad Papam detule-
 runt , ferentes etiam complures literas
 commendatitias , a Rege Franciæ , a Theo-
 baldo Comite Blesensi , & Guilielmo
 Archiepiscopo Senonensi sibi commissas ;
 hi enim omnes a Papa petebant , ut in
 cædis reos eo rigore animadverteret ,
 quem Justitia exigebat , S. Præfulem Mar-
 tyrem appellabant , tumulumque ejus
 miraculis clarescere affirmabant . Rex
 Angliæ quoque Nuncios Romam misit ,
 & Arnoldus Episcopus Lexoviensis , vir
 eloquentiæ laude eximius , Regi Angliæ
 subjectus , ejusdem causam data Epistola
 defendit , in qua Regem tantam doloris
 vim sentientem exhibet , ut multis de
 vita periclitari videretur . Tum rogat
 Papam ; reos pro enormitate flagitii pu-
 niat , Regis autem innocentia parcat .

Hæc

ep. 79.